

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

25

1384 marzo 12, Ind. VII, Matera

† Quo Christus natus sumpsit de Virgine carnem anno millesimo trecentesimo octuagesimo quarto. Regnante... Karulo tertio Dei gratia... Ierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comite, regnorum eius anno tertio,... mense martii, die duodecimo eiusdem, septime indictionis, Matere.

Nos Leonardus Angeli de Appio et Alexander iudicis Nicolai, annales Matere iudices, Tutius de Rahone, de eadem terra, puplicus per provincias Terre Idronti, Terre Bari, Basilicate et Capitinate reginali auctoritate notarius, Antonius notarii Eustasii, iudex Iacobus de Abbamonte, iudex Iacobus de Theopisto, Nicolaus magistri Marini et abbas Franciscus de Blasio, archydiaconus Acherontinus, testes... de eadem terra,... fatemur... quod... constitutis Simmino Pascalis de Danesio et Colucio, eius fratre, de Matera,... et dompno Angelo magistri Dominici Milvi, de eadem terra,... prefati Simminus et Colucius asseruerunt... habere... locum unum cum criptis, terris cultis et incultis, arboribus et macchis... situm intus territorium.... Matere, qui locus dicitur Plagius Sancti Herasmi, qui est in vicino ecclesie Sancte Marie Madalene,... pro tribus partibus contingentem eis ex successione materna, communi pro indiviso cum alia quarta parte Blasii, fratris... eorum. Et placebat eis dictum locum pro tribus partibus contingentibus eis... vendere,... quapropter... vendiderunt... predictum locum... prefato dopno Angelo... pro uncia una, tarenis duobus et granis decem;... cuius loci... predicti Simminus et Colucius hos dixerunt esse fines:... primus finis est alius locus dicti presbiteri emptoris et vinea quondam Antonii Andree Trigilli usque ad viam Sancte Marie Madalene; secundus

finis est vinea quondam Mali Cappelli et locum cum arboribus Iohannis magistri Nicolai Scalchoni, sicut descendit usque ad cursum aque gravine Matere; tertius finis est cursus aque dicte gravine usque ad locum qui dicitur Gurges Porcarius; quartus finis est locus qui dicitur Nuchitu.

1

† Leonardus Angeli de Appio annalis Matere iudex

† Alexander iudicis Nicolai annalis Matere iudex

† Ego abbas Franciscus de Blasio archidiaconus Angerontinus testor qui supra

† Ego Nicolaus magistri Marini testor qui supra

† Ego iudex Iacobus de Abbamonte testor qui supra

† Antonius notarii Eustasii de Matera puplicus reginali auctoritate notarius predictis testis interfuit

2

*punto di domanda nell'interlineo
così FF*